Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36532
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

tus animus quasi quandam necessitatem patitur· quam pa
rit/ et cum nimia sunt que desiderat· suam sibi aliquomodo
auariciam excusat· Abundantia itaq; superbie uicina est/
quam si quando etiam cupiditas intercepit· hanc ut ita dixe
rim quasi peregrina captiuitas inuasit· Si igitur abundan
tie artem scire uolumus· necesse est ut non solum ea que uici
na sunt· sed ea etiam que de longinquo uenium uicia fu
giamus· Discamus penuriam pati/ ne ea que non habemus·
habere etiam cum culpa requiramus/ ne felices putemus
quos rebus onustos cernimus· Nimia ualde sunt ea que si
bi quasi in sumptus uite presentis preparant/ multa por
tant· sed in uia breui· Magna est nobis in hoc tenere so
lita paupertas/ que animum non angustat· Cum deest
terrena substantia de quo eterno iudici rationem pona
mus· liberius ad patriam tendimus/ quia quasi in uia pon
dere caremus· Discamus satiari/ ne in sumendis alimentis
corporis gule magis quam necessitati seruiamus· Plus
enim concupiscentia quam necessitas petit/ et sepe dum
carnis inopie satisfacere curamus· uoluptas surrepit· mo
dum refectionis excedit· Vnde fit ut culpa transeat ad
culpam/ quia plerunq; inde aliq̃ carnis temptatio nasci
tur: dum carni immoderatius in refectione seruiatur·
Ex peccato enim primi hominis infirmante natura in
hoc mundo· & cum nr̃is temptationibus nascimur/
et caro nobis aliquando adiutrix est in bono opere·
aliquando autem seductrix in malum· Si igit̃ ei plus
q̃ debem̃ tribuim̃· hostē nutrim̃/ & si necessitati ei que
debem̃ ñ reddim̃· ciuē necam̃· Satianda itaq; est caro/ sed
adhoc usq; ut in bono nobis ope famulari sufficiat· Nā q̃s
quis ei in tantū tribuēs ut supbiat/ satiari penitus ignorat· Ari
itaq; magna ē satiari/ ne unquisq; p̃ satietatem carnis ad
iniquitatē prumpat turpitudinis· Discam̃ esurire ut nob
ppt̃ abundantiā sequentē nr̃a hic inopia placeat· ne nos
uentris necessitas ad culpā trahat/ ne peccatū mtu ipsa indi